Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Quoniam tu illuminas lucernam meam dne
deus meus illuminas tenebras meas
Quia in te eripiar a tentatione et in
deo meo transgrediar murum Deus
meus impolluta via eius eloquia
dni ignea exercitata protector omnium
sperantium in se Quis deus praeter
dnm aut quis deus praeter deum nostrum Deus
qui praecinxit me virtute et posuisti
immaculatam viam meam Qui perficit pe
des meos tamquam cervorum et super excelsa
statuens me Qui docet manus meas
ad pugnam et posuisti ut arcum aereum brachia
mea Et dedisti mihi protectorem salutis
tuae et dextera tua suscepit me Et
disciplina tua corripiet me in finem et
disciplina tua ipsa me docebit Illa
tasti gressus meos subtus me et non
sunt infirmata vestigia mea Persequar
inimicos meos et comprehendam
illos et non convertar donec deficiant
Confringam illos ut potuerunt stare
cadent subtus pedes meos Et praecinxisti
me virtute ad bellum et supplantasti
insurgentes in me subtus me Et inimicos
meos meos dedisti mihi dorsum et odientes
me disperdisti Clamaverunt ut
erat qui salvos faceret et ad dnm nonne ex
audivit eos Et comminuam eos ut
pulverem ante faciem venti ut lutum pla
teae delebo eos Eripies me de con
tradictionibus populi constituisti me in caput
gentium Populus quem non cognovi
servivit mihi in auditu auris obedivit